

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

V. quam tamen benigne interpretari maluerunt Athanasius, Basilius, &
Gregorius Nazianzenus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

vandam auctoritatem, qua tantum gloriabantur Ariani, animum appulerunt Orthodoxi; A reclamantibus ē contrario Arianis, & sium Origeniana doctrinæ ac famæ honorem servari merito volentibus. Quot ergo fere vel fautores habuit Ariana hæresis, vel oppugnatores; totidem propemodum Origenianam doctrinam vel amplexi sunt, vel detestati: nec aliunde tempestate aduersus eum hoc tempore coortas existim. Partim istarum studia manifesto cernas in clarissimis horum temporum Præfulibus, Eustathio Antiocheno, & Eusebio Cœlariensi. Hic Ariana factio signifer, quemadmodum appellatur ab Hieronymo libr. 1. in Rufia. cap. 2. ut Origeniana fama confuleret, ad scribendam pro Origene Apologiam induxit amicum suum & familiarem Pamphilum Presbyterum, Origenis ita studiosum, ut omnes Origenis libros undequaque conquisitos Cœlariensi Ecclesia dedicaret (verba sunt Hieronymi in Epistol. ad Marcell.) & maximam eorum partem manu sua describeret, qui Hieronymi atque in Cœlariensi Bibliotheca etiam tum servabantur. Caufsan Apologiæ scribenda hanc fuisse narrat Photius Cod. 118. ut ad pios homines ad metalla ob Christi causam damnatos solatij ergo mitteretur. Cum eam vero martyrio extintus absolvere non potuisset, supremam adjectit manum Eusebius, & in Historia quoque

*Anastasi. in Ecclesiastica pro Origeniana causa præclare decertavit. Ægre quidem id fert Anastasius
Hist. ad. 3 Bibliothecarius, nam in Historia non semel queritur multorum pietate ac doctrina illu-
strum virorum laudes Eusebium iniquo silentio obtrivisse, vel leviter tantum & invi-
diosc attigisse, quo summa omnia tribueret Origeni suo, nesciens que diceret, vel de quibus af-
firmaret. Quasi vero alium fama ac meritis parem Origeni tulerit hæc acta. Illius qui-
dem laudes mala forsitan mente congesisti Eusebium fatendum est, sed quoad rerum C
gestarum attinet fidem, Epiphanius tere, vel Hieronymum, alioſive contentientes ha-
buit. At Eustathius stans ab Orthodoxis, propterea que Sabellianismi ab Arianis infumu-
latus, Origenem adoratus est, eisque sententiam de Engastrimytho peculiari opere ex-
plodendam suscepit. Scribit Pamphilus in priore libro Apologiæ, quem interpretatus est
Rufinus, tanto hominum illorum odio tunc temporis artile Origenem, ut non ille solus
velut hereticus acceperet, & corruptio, & perditio animarum, sed eis etiam scriptorum lectio-
ni dediti proscindenter, & venia conferenter indigni, que iis condonari solet, qui pro-
fanis vel hereticis libris addicti sunt, plane que pro Hæreticis haberentur. Denique, inquit,
cum multis buiis vita, & religiosis proposito virus, in quibus nihil prorsus culpa invenient, inimicius
propter hoc solum habent, si eorum studia circa memorari viri libos propensius esse perpacerint, inviso-
fius etiam ista fingentes, quod ab his in loco sanctorum Apostolorum, vel Prophatarum, tam ipse, quam
dicta eis habentur. Addit paulo post indectos plerosque, ac in Origenianorum volumi-
num tractatione rudes, vel rerum in quaestione positarum ignaros, incognita tamen causa
Adamantium calculo suo damnam fuisse solitos; alios bonam frugem, qua ipsius retteri
sunt libri, prætermittere; noxia quæque & criminationi opportuna ad inviadim facien-
dam colligere; nonnullos etiam in eius lectione versatos, postquam per eum fatus profe-
fecisisse intellexissent, tum vero à magistro suo discessisse, & anathematis cum confodisse,
ne quid ab eo scilicet accepisse viderentur. Deinde subicit: In tantum autem horum de qui-
bus diximus progressa malitia est, ut quidam etiam conferbere adversus eum anti sint, & libelis editis
derogare ei vero, qui per 10 annos magister Ecclesiæ fuit. Tractit insuper libros eos potissimum E
fuisse appetitos, quos per ipsam & quietem in secreto conscriperat, quod in iis apertis dis-
seruisse existimaretur & præ aliis vero libros & ap̄x̄os in quibus dogmatum tuorum velut
penu collocaverat. Novem autem præcipuis capitibus constabant criminationes adversus
ipsum à malevolis constituta, quas recenset & refellit Pamphilus, & nos supra fuse excusimus. Itaque moriens Pachomius Abbas Monachos suos ab Origenianorum lucubratio-
num lectione severa obtestatione abiit.*

V. Has turbas Origeni peperit Ariana factio, dum eius suffragium studiosius ambit: quam cum acris ulcicerentur Orthodoxi, Origenis causam non satis distinxerunt ab Ariana, & utramque damnarunt. Affectus quoque eadem injuria est Dionysius Alexandrinus Origenis discipulus, & in laeti Trinitatis suspicitionem vocatus, unde in multis à F
Basilio non admisum, maxime ubi Arianorum confirmaret hæresim, scribit Gobarus. At utrumque etimine exoluit Athanasius, ut superius à nobis traditum est; nec pluris illi fuit Catholicarum partium, quam veritatis studium: ipseque Basilus & Gregorius Thologus objecta sibi ab Ariano Adamantij testimonia, in commodum trahere maluerunt sensum, quam contemptis iidem debito honore auctorem fraudare. Imo vero ex ejusdem Operi-
bus assida lectione à se contritis, egregia quæque selecta in unum congregaverunt volumen, & ob res præclare cogitatas Philocalia titulo inscriptum (unde & Origenem & Gregorium nominat Gregorius Nazianzenus in Epistolis) ad Theodorum Tyaneum Episcopum miserunt. Quintam feruntur iidem, quotiescumque Origenis scripta legentes, Dogma-
ta ipsius propria, & à communi usu discrepantia nanciserentur, geminum & affixisse,

*Gobr. a.
Ind Plat.
Cod. 232.*

A Platonorum more, qui cum Platonem lexitarent, loca insignia hoc charactere nota-
bant: ut refert Laertius in Platone. Hac lectione instrutus uterque Arianorum impetus
fortiter retudit. Id ex Socrate discimus, qui & illud addit: μέγα τὸ κλέος τοῦ αὐτοφυοῦ οὐρανοῦ.
Totum quippe orbem tunc temporis magna Originis gloria peruerserat. 4 cap. 26.
Scriptis profecto Apologiis tutati sunt ipsum virti illustres, quo tempore defensioni ejus
operam suam Pamphilus consecrabit, ut testificatur Photius Cod. 118. Ipsius tamen non-
nulla, dissimilato licet eius nomine, carpunt Athanasius, & Basilius. Ille in Vita Antonij
lapsum animarum, & conversiones è mentibus in animas reprehendit: hic in tertio Com-
mentariorum in Hexaëmeron damnat anagogicas ipsius expositiones, quibus Virtutes
qualiam superiores, quæ locum in cœlo tenere meritæ sunt, aquis quæ sunt supra firma-
B mentum, significari docet; que vero inde deturbata sunt, aquis notari quæ sunt sub
cello.

V. Dum pro Origene starent Semones illi, ipsum sibi in scribendo affectandum pro-
ponebat Hilarius Pictaviensis. Narrat quippe Hieronymus hunc in Phrygia exulanten *Hieron. De
incept. Eccles. in Hilario*
magnam Psalmorum partem commentariis illustrasse, in eoque Opere imitatum fuisse
Origenem, nonnullis tamen de suo adjectis; expositiones etiam in Iobum & in Mat-
thæum è Greco Origenis in lingua Latinam transstudisse. Auctor est praterca Hierony-
mus Euzoium Caſarensen Episcopum Gregorij Nazianzeni condiscipulum & aequalem, & lib. 1. apol. adv.
corruptam Bibliothecam Originis & Pamphili in membranis instaurare esse contum: Originianas & Proleg.
etiam partes secutos esse Titum Bostrorum Episcopum, & Didymum Alexandrinum, in libr. 2.
C quem apertissimum Adamantii propugnatorem appellat, quiique editis in libros ἀπόστολος &
Commentariolis nihil non orthodoxum iis contineri pertendit, quemadmodum & Eule-
bius. Ambrosium quoque Mediolanensem, Eusebium Vercellensem, & Victorinum Peta-
bionensem multa Origenis vel Latinitati donaſſe, vel imitatis fuisse tradit idem Hiero-
nymus. Tam aperte autem Origeni adhaſit Gregorius Nyſenus, ut non cum ſolum pro-
fectorum ſit laudibus, ſed dogmata etiam eius aliquot tenuerit: adeo ut ab Origeniſis cor-
rupta ipius ſcripta, & adulterata peculiari libro demonstrare conatus ſit Germanus Pa-
triarcha, cuius excerpta habet Photius Cod. 233. Certe in Disputatione de homine, ani-
marum ἀρεταὶ & ἀνερεταὶ reprobat Gregorius, à nomine autem Origenis ab-
ſinet. Hieronymum quoque ipsum etiam tum juvenem, portentosum Origenis inge-
D nium, & singularis eruditio ita ceperant, ut in eius laudes ſape excurreret, & pro nero
Origenista haberet posset: verum per ignes cineri doloso ſupposito incedere ſe subinde in-
telligens, pedem retulit, ut in ſequentibus declarabimus. Nec tot tamen Origeniani no-
minis patronis abſterriti ſunt Theodorus Mopsuestenus, & Apollinaris, quominus illi pa-
lam hic detraheret, ille multis etiam ſcriptis opuſculis oppugnaret; ſed levis eſt mo-
menti Hereticorum hominum obtrectatio. Auctor quoque Dialogorum, qui Caſatio *Diolog. 3.*
Gregorij Nazianzeni fratris adſcribuntur, & Maximi tamen Caſatio recentioris, & Grego- *R. 154.*
rii Nyſeni fragmentis parti ſunt; Auctor, inquam, ille de Origene male ſenſit ac ſcripit,
μηδὲ λέγως eum appellans, ἀπὸ τοῦ Σίλεωντο, φύκαι δὲ τὸ Εὐτονεῖον. Autem quidem malcentem,
animas vero minime nutrientem; & δὲ δρῦντις ιππονος, inepta & frigida allufione, quales Scri-
E ptor ille communisci amat: & οὐδὲν τινος. Item dogmata eius *Iudicatrix, θεογνονία,* τοὺς
ἀπόστολος οὐλίζοντα esse dicit.

Manifestum porro eſt ex superioribus quantum erraverit Halloxius, alijque nonnulli, *Halox. Lib.*
qui ante Epiphaniū cum Iohanne Hierosolymitano & Chrysostomo diſcenſiones, Orige- *4 Orig. dif.*
nem à nemine pro Heretico habitum fuisse, priumque Epiphaniū in eum ſigna mo-
rificare memorie prodiderunt: nam velut *Hereticum accusatorum* ſuile diferte ſcribit Pamphilus
in Apologia; & quam gravibus peteretur criminibus declarat ipſa hæc Apologia, nam
Ipsum nomen Apologetici, ut ait Hieronymus Epift. 65. ad Pamphili. & Ocean. offendit accu-
ſationem; non enim defenditur niſi quod in criminis eſt: declarant & Apologia complures quæ à
multis magni nominis viris Pamphilī tempore pro Origene conſcripta ſunt. Nec repugnat,
F quod Augustinus Hieronymum rogarat per Epistolam, ut ſibi Originis errores aperiat; nam
propter Graeca lingua incitam, in ea ignoratione fuit Augustinus.

VII. Adhuc cum Origene præclare actum erat, neque tantum illi ignominia inuſſe-
tant adverſari, quantum celebritatis, inclareſcente in dies doctrinæ fama, fuerat ade-
ptus; cum ſuceptus quoſdam inter Ecclesiasticos viros inimicitiis, partim Orige-
nismi, partim privati odij cauſa, maximis motibus universa Ecclesia concuſſa eſt.
Quod ſi accurate ſingula conſectari nobis eſſet propositum, in immensum creſceret: ſtud
opus, & ultra circumfeſtos lucubrationi huic cancellos excurreremus, adeo longa eſt
injuria, longæ ambages; ſed ſumma duntaxat rerum fastigia perſequemur. Quod ut ordi-
ne procedat, res altius repetenda eſt. Consentiente in Originis laudes toto propemodum
orbe, contigit ut nonnulli egregia eius dicta faſtaque pro merito demirantes, ipsius etiam